



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

III. Iac. Sadolet. S.R.E. Cardin. Nicolao Rodulpho Cardinalis, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

hanc tam arque ornata[m] ipso meo in ingressu statim sum natus. Quanta bonitas ac liberalitas altius mihi tum hæsit, quam ut facile sit verbis explicare. Non enim ego is sum qui meum modum magis, quam ipsius commodi autorem amem. Fontem enim beneficiorum magis specto, quam ipsa beneficia: qui quidem bonus amor est. Eundem igitur in me animum tuum si contemneris, Rodulphe humanissime, gratissimo omnium & optatissimo beneficio me affeceris. Sed ne multis, totum me tibi & tuae fidei benevolentia[re] que dedo, atque commendo. Vale Idib. Ianuar. 179. Carpent.

III.

IAC. SADOLET. S.R.E. CARDIN. NICOLAO Rodulpho Cardinali, S.P.D.

NOTA oblatione mutuae benevolentia[re] nostrae, rariùs ad te detraheras, quam forsitan vsus veteris nostrae coniunctionis potest. Sed pudore quodam id fit potius: quod vereor, ne tuis gratiis curis in tempestivus obstrepam. Nam mihi quidē otium est (ut rursus ableni à negotiis publicis: si tamen in tantis calamitatibus Reip. otium cuiquam aliquid esse potest. Sed tamen ex gratias voluntate non dependent actiones meae, quas ipse mihi ad meum arbitrium comparo. Itaque mihi ad scribendum tempus suppeditat, & soleo ego amicos libenter salutare literis. Sed ea (ut dixi) ratione deterreo, quod metuo, ne occupationibus illorum molestus inveniatur: tuisque praesertim, qui publicis negotiis primata curam tua & domestica addidisti. Non enim tu, ubi à senatu dimissus es, refert te continud in otium, aut ullam partem temporis deducere & cessationi das: sed Reipub. curas, illa domi praecleararum optimarum studia excipiunt, in quibus aetatem tuam recte collocandam putasti. Est autem hoc tempore non modò prudentis hoc consilium, verum etiam vnicum propemodum & solum salutare: parate sibi quaeque domi ad bene beateque vivendum copias. Cum enim videamus quandò labantur in deterius quotidie rationes publicae, cur non domesticis bonis nos ipsos muniamus? quorum bonorum (ut tu optime nosti) caput omnium est, ceterarum quidem liberalium artium, tum Christianae imprimis Theologiae scientia. Quanquam vos quoque arbitror, sub sapientissimo Pontifice aliquid isthuc opis atque auxilii cadenti Reip. esse reperiuros. Equidem qui laetis rebus, & ex sententia fluentibus, à strepitu Urbis & curiae ab honoribus & pompis aequo animo abstinuerit: si quid durius increpuerit (quod quidem Deus omen in barbaros hostes cõuertat) promptissimè accurram: nec tam ut peris, nisi consilio vos iuicem, (istud enim in me exiguum sanè, & parui

parui admodum momenti est) quam vt pietati meae erga  
satisfaciam. Sed vt ad id quod primo proposueram reuertar  
pio maiorem in modum, doctissime humanissimeque Rodolphi  
vt me, siue loquentem tecum per literas, siue etiam tacente  
manere tamen semper in eodem amore & obseruantia erga  
tibi plane persuasum habeas. Vale. Carpent. VII. Calend. Decem.  
M.D.XLI.

IV.

IAC. SADOLETYS CARDIN. IOANNI SADOLETO  
uiato, Cardin. S.P.D.

NE me forte putes tui oblitum esse, & quoniam de gloriam  
brum, quem tuo nomine scribendam susceperam, non  
persequutus, in alias me curas & cogitationes remotas a nostris  
amicitiis memoria aduersum esse accipe argumentum multo gra-  
uius, (vt ego arbitror) & vtriusque nostrum personae accommodat-  
datus: quod ego de Exstructione catholicae ecclesiae exortus sum  
tuoque id nomini dicavi, vt quoquo modo possem, tuis erga  
meritis gratiam aliquam referrem. Huius ego operis duos iam  
bros confeci: sed cum prior liber aliquanto videretur esse liman-  
ot, non duxi procrastinandum, quin mitterem eum ad te, vt pe-  
spicere primo quoque tempore posses. Salutate amplissime, quam  
in intimis meis sensibus fortiter inhaereres. Videbantur duo ad  
huc restare libri, quos vt absolueram atque perferam, maxime  
dem mihi cura est. Sed omnino magnitudine rerum impeditur  
tur vis ingenii nostra: etsi animo quidem sumus alacres, sed  
piis hand ita firmi. Est autem quod Deo habeatur a nobis gratia,  
quod hoc otium, quod oblatum fuit nobis quasi fortuito, nec  
expetendum, vt nobis diuina quadam sorte donatum fuisse vi-  
deatur: quo in hisce curis, & spediidissimis (vt ego iudico) animi  
mentisque agitationibus, traducere tempus possemus. Quae  
quam non desunt in hac quoque licet exigua mese ecclesiae  
diocesanae procuracione, occasiones honestissimae, quae verum  
prudenciamque requirant: quam vti nam nos praestare sic posse-  
mus, vt ea & saepe a nobis, & vehementer exquiratur. Sed tam-  
cum illam animi iucunditatem, quae ex recte factis suauiter  
percipitur, praecipue nobis propositam habeamus, Deo bonis  
scribitur) mentibus occurrente: nihil est quod non illius ope  
auxilio freti, in nostro munere obeundo, & inspicere posse, & ge-  
re confidamus. Quod ad studia bonarum artium pertinet, quan-  
do quidem nec mihi in otio consenscendi consilium est, & nihil  
nunc praestantius propositum est quod agamus, potes existimare,  
Salutate, me & diurnis & nocturnis lucubrationibus ac vigiliis